

Ernst Johann Friedrich Mantzel


Programma, Qvo Prævio Discursu De Pseudo-Jure Consultis ..., ad Disputationes Institutionales X. & ultra

Rostochii: typis Nic. Schwiegerovii, [1728]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn891087117>


Druck Freier  Zugang





K. l - 197 (21.)





PROGRAMMA,
PRÆVIO ^{QVO} DISCURSU
DE
PSEUDO-JURE
CONSULTIS,

Von Juristischen Bohnhasen,

ad
Disputationes Institutionales X.

& ultra
CONSENSU MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS IN ACAD.
VARNO-BALTHICA,

PRÆNOBILI & CLARE-DOCTO VIRO-JUVENE

DN. PETRO Stollten,

ROSTOCH. JUR. & PHIL. CULTORE INDEFESSO,

in Privato Lectorio

Anno MDCCXXVIII. Mense Junio & seqq.

ventilandas

humaniter invitae


PRÆSES

ERN. JOH. FRID. MARZZEE,

JUR. & PHIL. DOCT. ac MORAL.

PROF. ORD.

ROSTOCHII, typis NIC. SCHWIEGEROVII, Ampl. Senat. Typog.



I. N. D.

BENEVOLE LECTOR!



Um Benevolum alloquor Lectorem, nolo hoc meum Programma ab omnibus legi; Non enim volo ut illud legant rigidi Censores, & illi qui nihil agendo male agere discunt; Vel illi qui sibi hic scripta suspicari possent; Vel denique qui effroeni adversus Me & meum Dominum Respondentem feruntur odio; Sed illos exspecto Lectores qui intelligunt quid sit inter multos labores extemporanea scribere. Extemporaneum igitur confiteor hunc esse discursum ad quem typis mandandum occasionem præbet is & illud de quo sub finem differam. Placuit interea pauca in chartam conjicere de PSEUDO-JCTIS vulgò von denen Juristischen Böhnhasen; Experientia testatur quomodo, pruriente hoc præsertim, si quo alio, tempore, fingat se Jure-Consultum quilibet Idiota &c. inde haud inconsultum erit illos Pseudo-Jure Consultos coloribus vivis depingere; Definitionem si
)(2 quasi-

quæſiveris nominalem quoad vocem Germanicam, dare eam vix poſſum, niſi quod forte in comparatione leporis delicatioris qui ex naturali libertate captus, non adeo ſapidus ſit ille, quem multo tempore incarceratum tenuere bubulci, & licet hac conjectura locum inveniende vox linguæ Saxonice inferioris non fuiſſet adhibenda, tamen nolui hac in cauſa ſcrupuloſus eſſe, potiffimum quia alii ſimili mecum modo ſcribere ſolent, ex quibus allegare unicum & quidem ſuperioris Saxonie *Jctum B. Adrianum BAIERUM* de Jure Opificiario ſingulariter imò unice ferè meritiſſimum, quippe qui *Tract. de Collegiis Opificum Cap. XVI. §. 9.* diſſerit von Bohnhaſen jagen. Definitionem realem Pſeudo-Jure Conſultorum ſi quis expectaverit, non ego primus eandem fabricabo, ſed illam excerptam e *Glorioſ. Imp. CAROLI V. Conſtitut. Crim. art. 138.* ubi appellatur: *Die die Rechte nicht gelernet haben, und durch Unwiſſenheit die Leute beſchweren.* *add. Cap. 22. X. de Excomm. & c. 22. de Reſcript. l. 13. C. de Sentent. & interloc. Nov. 18. c. 5. ſin.* Adderem ad declarandam hancce deſcriptionem, quod idem ſit die Rechte nicht gelernet haben, und dieſelben nicht recht gelernet haben.

Si perſpexerim Orbem politicum viſurus in quosnam audaculoſos quadret hæc Imperatoria paræneſis, primo loco mihi obveniunt NATURALISTÆ, illi ſcilicet qui putant Jus & fas pendere a levi ratiocinio quique gannunt: *Das lieſſe ſich leicht begreifen was Recht und Unrecht ſey; Recte dicis Naſutule es laſſe ſich leicht begreifen,* hoc eſt aſſenſum facile invenit, aſt ea propter tamen opus eſt ut præeunte Doctore methodice addiſcatur, ut taceam multam rationem ſtatus, ſilum Curie, neceſſarias diſtinctiones, quæ omnia non cum matris lacte hauriuntur. Cave igitur tibi ne falcem mittas in meſſem alienam, & ne ſupercilioſum te geras Juris Reformatorem, quia forte tuo aliqua non conveniunt benepla-

beneplacito; Si Viri longis in Rerumpubl. meritis, multaque experientia id dixerint, ego bene agnosco quod & ipsa experientia sit optima Magistra, hincque multo cum assensu ipsos interdum audio de Legibus judicantes, salva tamen semper Praxi. Succedit Classis eorum Pseudo-JCtorum qui *invita Themide & Minerva vel Judicis vel Advocati subeunt officium*. (Non loquor de iis, qui ambulatorio ordine, licet jurium ignari, tribunal conscendunt, sed veneror illorum experientiam, & laudo receptam consuetudinem, ipsis semper Juris-Peritum adjungentem, quod enim ita nihil paradoxum admittatur, eleganter docet *Illustris DN. de COCCEJI Diss. de Judice Jus Ignorante Class. I. §. 10.*) Quantae inde profluant lacrymae si Judex sit rudis, non est ut allegem, illi enim id sentiunt satis de quorum luditur corio. Habent interea asy- la ignorantiae, nempe Collegia Juridica, & utinam rarius sine illorum consilio pronunciarent; Majus autem est damnum quo oneratur Resp. si Judicia admittant *Pseudo-Advocatos*; Placet illos definire verbis illustris ORD. POLIT. rubrica von Justitien-Sachen: Es ist klagen angebracht, daß hin und wieder in Aemtern und Städten sich viel Ungelehrte, leichtfertige Persohnen, so entweder gar nichts, oder doch sehr wenig studiret, ungeschickte Schreiber, verdorbene Handwercks-Leute und Vaganten unterstünden nicht allein Supplications zu verfertigen, sondern auch den Leuten vor Gericht zu dienen, Derowegen unterthänigst gebeten Dieselben abzuschaffen, und ihnen das procuriren und advociren zu verbieten. Derowegen &c. Addatur Judicium *MENGERINGII Scrutin. Conscient. cap. 20.* Wenn sich die der Juristerey und Rechts-Sachen annehmen die kaum den Donat gekernet &c. En ideam Pseudo-Advocati! Et quod recte relatum sit clamat experientia, imò ipse ego loco haud incelebri centies vidi fartorem ad curiam papyro & Actis onustum superbe errantem; O tempora! O mores! Felix igitur Provincia

X 3

quæ

quæ nostræ Megapoli par est ubi SERENISS. PRINC.
FRID. WILH. *gl. mem. Constitutionem de anno*
 1704. super Advocatos recipiendos habemus, quæ id efficit
 ut Patria nostra illustres & ad maxima aptos ostendat Cau-
 sarum Patronos. Nolo chartæ meæ spatium transire, secus
 deducere possem quis sit Rabula, quis Legulejus, quos ger-
 manice omnes *Böbhasen* appellare oporteret. Si de NO-
 TARIIS scribere adhuc vellem, vah! quanti defectus! Notari-
 orum munus sane splendidum est, & geritur omnino adhuc
 a Viris ad majora natis & cum DEO & Die evehendis; Ast da-
 tur etiam plebs Notariorum, qui fideliter & sine judicio for-
 mularium sunt descriptores, cum tamen multa debebat esse
 eorum scientia ad interpretationem scribendorum & scripto-
 rum faciendam; Similes multi mihi videntur stultitiæ rei
 cum iis, qui hodie denuo Medicorum schedulas ad Pharma-
 copolium mittunt, quas morbo ante triennium exantlato
 sibi dari pro morbi quâlitate curaverant, non attendentes
 quod minima circumstantia variet rem. Rideo quoties remi-
 niscor eorum quæ ipse aliquando audiivi; Quæsitus enim
 chirographi faber quid sibi vellet renunciatio exceptionis
 non-numeratæ pecuniæ, respondet: Es bedeute so viel das
 das Geld Ihm zugehlet, und er es nicht so blindlings in Beutel
 empfangen. Non deficiebat ingenium, aberat autem scientia
 Juris; Fidejussioni femininæ adhibitus deque Scto Velleja-
 no interrogatus confuse dixit: O es ist vor diesem so etwas ge-
 wesen, nun wird es so nicht mehr gebraucht, man schreibt es im-
 mer noch mit so hinein; O si tacuisses! Juro, instrumento-
 rum, contractuum Testamentorum & similium conceptores
 nec intelligere nec legere posse III. KLEINII *Tr. de Causo Te-*
statore vel STRYKIANA in hunc censum venientia scripta *Cau-*
telaria, cum tamen periculosissima sit instrumentorum conce-
 ptio ceu speciali diff, docuit B. *SCHOEPFFERUS*. Vellem
 me

me hanc tractationem laxiori occasione reservasse, sic varias adhuc Classes Pseudo-JCtorum memoraturus essem, jam enim, quia charta eas excludit, unicam adhuc adjiciam, Eorum videlicet, qui insigniter Jurium edocti sunt, sed sine granulo salis illa interpretantur & applicant; Corrugata fronte quidem proponunt *Nov. 18. cap. 5. Erubescat Judex sine lege loquens*, sed obliviscuntur eorum quæ in tergo sunt *l. 17. ff. de LL. scire LL. non est verba earum tenere, sed vim ac potestatem.* Ast manum de tabula! Vereor enim ne delabar ad quæstionem: *Quid sit Pedantismus Juridicus? quot agitentur Logomachia? quis sit JCtus, & annon sit Böhnhaserey si quis Non-D - - -* sed propero ad primarium hujus Programmatis scopum, qui est, ut omnibus Bonis notum faciam *Prænobilem & Clare Doctum DN. PETRUM GEDDEN, Philos. & Jurium Cultorem ornatissimum, Rostochiensem, PARENTIS sine exemplo filiorum commoda quærentis, promoventis, filium optimum, dignum suo studio suscepturum esse laborem.*


Nam ut optimè notæ JCtus evaderet, quinquennium suum in studio Juridico jam absolvit, & ne ulla ratione in se aliquid desiderari pateretur, felici nexu omnis generis bonas disciplinas Juris studiosum adjuvantes & ornantes conjunxit; Præsertimque sobrie reputans quantum sit ornamentum facundus esse, perpetuis interfuit Conventibus Disputatoriis non solum Juris Civilis sed & Juris Naturalis & Gentium, haud enim ita pridem a latere ejus discessit aliquot annorum Commilito *Generosiss. DN. de BÆRTHLING, ad splendidum Assessoris munus vocatus, cum quo & DN. STEVERO, Rostoch. Me Præsidi Grotium de Jure Belli & Pacis proprio Marte alternis vicibus redactum in theses, ventilationi subjecit amicæ; Sicuti & hoc ipso currente tempore eodem STEVERO & in BÆRTHLINGII locum dignissime*


* * (o) * *
* * * *


sime succedente DN. SCHWABEN, *Rostoch.* eandem
& similem telam strenuè continuat. Et Is ipse DN. STOL-
TE se exponet hebdomadatim Commilitonibus e cœtu hic
vivente invitandis, defensurus *DECEM* minimum *DISSER-*
TATIONES AD INSTITUTA; Ac quo habeat Victoria-
rum testes petiit ut publico Programmate significetur. Ex-
pectamus igitur *Diebus Mercurii ab Hora Quinta postmeridiana*
Opponentes & Auditores in Privato meo Lectorio. Vale
Benevole Lector! & STOLLTIUM
meum lauda.

Dabam Dom. III. post Trinit. Anno
MDCCLXXVIII.











* * (o) * *

sime succedente DN. SCHWABEN, *Rostoch.* eandem
& similem telam strenuè continuat. Et Is ipse DN. STOL-
TE se exponet hebdomadatim Commilito iibus e cœtu hic
vivente invitandis, defensusus *DECEM* minimum *DISSER-*
TATIONES AD INSTITUTA; Ac quo habeat Victoria-
rum testes petiit ut publico Programmate significetur. Ex-
pectamus igitur *Diebus Mercurii ab Hora Quinta postmeridiana*
Opponentes & Auditores in Privato meo Lectorio. Vale
Benevole Lector! & STOLLTIUM
meum lauda.

Dabam Dom. III. post Trinit. Anno
MDCCLXXVIII.



↑

mm

10 20 30 40 50 60 70 80 90 100 110 120 130 140 150 160 170 180 190 200

inch

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11

Patch reference numbers on UTT

0 3 3

4.5 5.0 5.6 6.3

10 09 03 02 01 C7 B7 A7 C8 B8 A8 C9 B9

UB Rostock 05/15000

the scale towards document